Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Octauianus

Sibylla

Sibylla Tiburtina uates papua: Cui proprium nomen Albunea fuit. In italia floruit et multa predixit / Et quia Tiburte Ciuitati iuxta amenis ripas ut dea colebatur: hec Tiburtina dicta fuit: In gurgite ipsius fluminis eius simulacrum tenens in manu librum inuentum fuit: Hanc Augustus Octauianus (cum Romani ei diuinos honores exiberent) consuluit / Que post triduum dierum ieiunium Respondit / Ea que diuus augustus refert / Iudicij signum tellus sudore madescet / E celo rex adueniet per secula futurus Et sunt 27 versus / quorum vltimus est / Decidet ~~e polo rex eueniet per secula futurus~~ ignisque et sulphuris ~~amnis~~ / Quorum capitales litteras eodem ihesus sensum reddunt. Ihesus christus dei filius saluator. Quibus dictis / Illico (vidente augusto) celum apertum est: Et nimius splendor irruit super eum / Viditque in celo pulcherrimam virginem stantem ~~p~~ in altari puerulum baiulantem / Qua visa repete 2 vocem audiuit dicentem / Hec ara filij dei est / Atque iam augustus in thalamo suo existens, hec audiens et videns in terram procidit et deum adorauit / Quapropter augustus deum se appellari omnino recusauit / Quo in loco postea ad rei memoriam Templum sub titulo sancte marie virginis in ara celi edificatum fuit / Quem locum ordo beati francisci excolendum nunc possidet / Alij describunt eam non senem sed veste rubea / et pelle hircina in humeris / ac ~~p~~ capillis dispersis: In manu hoc scriptum tenente / Nascetur xpus in bethleem, annunciabitur in nazareth regnante thauro pacifico fundatore quietis / O felix illa mater cuius vbera illum lactabunt:

Prodigia In natiuitate xpi visa / Olei fons (ut Eutropius et alij testantur) Rome e Taberna meritoria in transtiberina regione ex terra per totam effluxit diem: denuncians christi graciam omnibus gentibus datam: Quo etiam die Aureus circulus circa solem apparuit / Romuli quoque statua et Templum pacis corruere:

Ouidius naso poeta

Publius Ouidius Naso Sulmonensis clarissimus poeta hac tempestate Rome claruit / et multa conscripsit: hic ex Sulmone Brutiorum oppido ortum habuit: ut ipse testatur Sulmo mihi patria est gelidis vberrimus vndis: Milia qui nouies distat ab vrbe decem, / Is apud athenas primo poeticam / deinde philosophicam disciplinam operam dedit: veniensque Romam apud augustum Cesarem et vita et carmine plurimum valuit: Sed multorum post dierum curricula anno etatis sue quinquagesimo / ab eodem augusto in ponticam insulam apud Sarmatas relegatus est / de hoc in libro de ponto ait / Naso minus prudens arte dum tradit amandi / Doctrine triste precium magister habet / Cuius quippe mores ea erant facilitate qua et carmina: Tandem anno 4 Imperij Tiberij Cesaris: etatis vero sue 44 obijt

Titus liuius historicus.

Titus Liuius patauinus, magnus et historicorum tam grecorum quam latinorum princeps: anno 16 ante xpi aduentum Rome claruit / Et hieronimus diuus ex verbis plinij describit / Ad titum liuium lacteo fonte manantem de vltimis hyspanie galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus / ut quos ad contemplacionem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit / habuit illa etas inauditum omnibus seculis celebrandumque miraculum: ut vrbem tantam ingressi: aliud extra vrbe quererent / hic ab augusto honoribus et diuicijs honoratus fuit / diligentissimus historiarum indagator / Centum et decem historiarum libros conscripsit / Cuius operum maximam partem (temporum malignitate) amisimus / Vixit annis 80 / Et quarto Imperij Tiberij cesaris anno patauij obijt: et ibidem sepultus / Cuius sepulchrum adhuc in diue virginis Iustine vestibulo extat his titulis adornatum / T. Liuius. T. F. quarte legionis Alijs concordialis patauij sibi et suis omnibus 7 Eius ossa cum postea inuenta fuissent Veneti in pretorium ipsius vrbis concrematum transmutauerunt / in conspicuo ipsius fastigio collocauerunt:

Valerius maximus

Valerius maximus Romanus philosophus et orator luculentissimus / Anno 14 ante xpi aduentum Rome clarus fuit / Ab augusto Cesare carissimus habitus / Qui memorie dignorum dictorum factorumque memorabilium libros nouem sermone luculentissimo composuit / de dictis factisque memorabilibus et illustres / Addens et exemplis virorum: Qui apud Romanos et grecos habentur illustres / Addens et exemplis virorum: Qui apud Romanos et grecos habebantur: perinde nonnulla ad virtutum commendacionem viciorumque detestacionem pertinentia: Ex quibus hanc memorabilem excerpimus sententiam / Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: tarditatemque supplicij grauitate compensat:

Solinus



Solinum quoque historicum et Oratorem grauissimum tempestate ista ex libris ipsius floruisse comperimus / Cum et ipse Collectaneorum librum optimum edidit: Et ad augustum Cesarem Rome obtulit / In quo similiter terram pingit ac vrbium distancias et loca multa mensurat / Eumque librum Collectaneum taxat de mirabilibus mundi appellauit: